

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

fimi Abbatis persuasum habentis obiurgationi  
semper aliquid blandi admiscendum quod fa-  
cilius penetrent verba, quae nulli, quam quae a-  
spera vadunt viam. Quam mansuetam pietate Procre-  
atori suo innocentissimam, & recte factorum  
ditissimam animam reddidit, de quo iste vulgaris  
extat versus:

Est Abbas Berno Primus de Monte Vetero.

## XXIX.

**I**N Elseniana prope Grevenbrochium, Sinistrof-  
fiana, in praefectura Altenhaviana & Nidecci-  
ana illustri Teutonicorum Dominorum Comen-  
datorijs, festum Decollationis S. Ioannis Bapti-  
stae, quem Ordo iste, una cum Lipsanorum ho-  
diernâ productione principe studio colit, Pa-  
tronumque habet. Eadem luce, quam gloriosum  
Agonem abscisso capite S. Ioannes consumma-  
vit in Anrhaedt Toparchia Illustrissimi ac Ge-  
nerosi Domini Adriani Wilhelmi liberi Baronis  
de Virmundt & Nersen, Domini in Hersbach &c.  
principuam in veneratione est eiusdem Sancti sa-  
cer Vertex argenteæ Lipsanothecæ inclusus, cu-  
ius religioso attactu sacratum vinum à fidelibus  
viuam fide sumptum, non raro capit is punctu-  
ras, dolores, omnium medicæ etiam artis in-  
dustriam superantes, ex integro tollit. Quales

S 2

vero

verò Reliquias, Templum & Monasterium ab eodem illustrissimo D. Barone R. R. Patribus Conventualibus in Nersen fundatum, vicinūmque Sacellū, *New Jerusalem* cognomento, possident etiamnum me latet; hoc certis auctoribus didici A. R. Exmiūmque Dominum Gerhardum à Venhoven, quinquennalem Syriæ Vrbisque Hierosolymæ incolam, sancti sepulchri equitē, varijs Palæstinæ Reliquijs, Novum istud Sacellum ad Ideam sacri sepulchri à se erectum dotâsse; insigni provincialium pietatis gustu & accursu. *Ex eius Sacelli Diario.*

## SEPTEMB E R.

## IV.

 Olonia Agrippina & Collegiata B. Virginis Mariæ Ressensis, Ecclesia quotannis colit festivè Irmgardim, seu ut alij Irmtrudim, quarum duas fuisse, varij sentiunt Auctores. Harum priorem A. C. 1010. Ecclesiæ Ressensis Collegiatæ fundamenta iecisse Annonē Comitē Dasseliū præpositum Goslariensem, & Episcopum Coloniensem eandē A. C. M. XI. absolutam dedicâsse, eiisque privilegia diplomate suo docent confirmâsse. Alteram volunt in Necrologio S. Pantaleonis, Irmtrudem vocari, & Hermanni